

Viro Sapa III Ferdinando electo Romanorum prepe,
ratori

Monet ut regi Polonia scribat, ut regia sua authori-
tate suum et cardinalis Varmien[ensis] honorem et dignitatem
contra malevolos et invidos tueatur.

257

Charissime in Christo fili noster salutem ite allatum est
ad nos non paucos esse in Polonia regno, quos dilecti filii
nostri Stanislai in amplissimum sacre Romanæ ecclesiæ car-
dinalium ordinem cooptatio valde offendit, quos etiam
suspitio est, in proximo regni Polonia procerum conventu
id molituros, ut cum fructibus et redditibus ecclesiæ Varmien[ensis]
cujus perpetuam administrationem illi commisimus, spoli-
ent, quibus ablati dignitatem suam tueri minime possent.
non possumus satis mirari adeo iniquos esse, ut talis viri vir-
tutem et meritorum rationem a nobis habitam fuisse mo-
lestè ferant, nec honorem, quem hæc sancta sedes ipsorum
nationi habuit agnoscant. Unde gratiarum actiones expe-
ctavissimus, ab eis dignitate tam bene meriti prelati ob-
trectari et hujus sanctæ sedis authoritatem attentari vider-
mus. Sed satis intelligimus, quinam isti obtrectatores sint, si
enim catholici essent, et sanctam hanc sedem ea qua de-
bent devotione prosequerentur, honoratum ab ea fuisse pro-
latam de religione catholica ita meritum latarentur et
paternum nostrum erga nationem suam amorem agno-
scerent. Omnino confidimus charissimum in Christo filium
nostrum regem Polonia illustre generum tuum causam card-
Varmien[ensis] tum pro suo erga card-adeo majest. suæ devotum
amore, tum pro sedis apostolicæ reverentia acriter defen-
surum esse, nec quidquam illi injund fieri permissurum.
Sed tamen quia hæc res tum ipsius cardinalis causa tum
etiam quod de nostro, et hujus sedis honore et auctoritate
agitur, maxime nobis curæ est, hortandum in domino
duximus et rogandam majestatem tuam, ut ad ipsum
regem

regem Polonie, quam diligentissime hac de re scribat eum hoc,
tam ut malecolorum hominum consiliis, sive per conuentu
regni sive per capitulum quidpiam tentant, regia authorita
te resistat honoremq; ejusdem cardini: et nostrum tueretur. Do.
mum Rome apud S. Petrum etc. die 20 Maji M. D. LX. 1. An.
no secundo.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]